

6. Ad art. pass. 27. observo, definitio-
nem h̄ic esse rei, non vocis tantum, eam-
que fuisse necessariam, quia conceptus
quos de affectibus habemus sunt confusi
& obscuri, uti docetur art. seq. 28. Unde
patet, cur tot in hoc libello sint definitio-
nes, quot in nullo alio Cartesii scripto.
Confer Log. IV. 42. seq.

7. Ad rectè definiendum opus esse pre-
mittere divisiones sancit Logica I. 103. id
quod videmus h̄ic factum esse ab Authore
dicente: *postquam sic consideratum fuit in*
quo passiones animæ differant &c.

8. Logica decernit part. 2. q. 34. cla-
riorem esse explicationem si pluribus in-
terdum utamur vocabulis idem significan-
tibus, id quod Author facit, dum *perceptio-*
nēs, sensus, commotiones &c. appellat.

9. Definitio non duobus constricta ver-
bis proponitur, ut multi jejuni passim de-
siderant; sed plenior, ut natura definiti
evidentiūs percipiatur, quia brevitati an-
tefertur claritas Log. II. 45. Simile exem-
plum est definitio Motūs Princip. II. 25.

10. Definitiones ex antè declaratis ar-
cessendas esse ibidem Logica monet, quod
etiam h̄ic observatum, quid enim perce-
ptio-